

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Cuius supra de eadem festivitate

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

tam sobolem pulularint bea-
torum martyrum milia pro-
testantur. quae apostolicorum
aemula triumphorum urbe-
nam purpuratis lateq. ruti-
lantibus populis ambierunt
et quasi exultarum honore
gemmarum conserto uno
diademate coronarunt.

De quo praesidio dilectissimi
diuinitus nobis ad exemplum
patientiae et confirmatione
fidei praeparato uniuersali-
ter quidem in omnium scorum
commemoratione laudandi:
sed in horum excellentia pa-
trum merito est exultantius
glorandum. quos gratiadi-
tantum apicem inter omnia
ecclesiae membra prouexit
ut eos in corpore cui caput
xpc est quasi geminum con-
stitueret lumen oculorum.
De quorum meritis atq. uisitatib.

quae omnem loquendi supe-
rant facultatem. nihil diuer-
sum nihil debemus sentire di-
seretum. quia et electio pa-
res. et labor similes. et finis
fecit aequales.

CUIUS SUPRA DEEN
DEM FESTIUI
TATE.



POSTVO

LICI NATALIS

gaudio fratres karissimi
petri et pauli. quorum hodie
beatissimis passionibus iocun-
damur. laetior per uniuersum
mundum xpi exultat ecclesia.
Quae licet omnium se scorum
martyrio certasset adornari.
horum tamen uictoria glo-
riosius illustratur. quando
quidem uidet de hoc saeculo.
ipsos fidei patres et magistros
martyrum triumphasse.

Quid enim insignius petro. qui
 in carne positus. mensuram
 carnis egressus. xpm ihm uiui
 di filium uerum confitetur.
 et quod omnium ad huc mor-
 talium peccus latebat. pri-
 ma petri lingua nouo est ser-
 mone confessa. Quid fratres
 mei magnificentius petro.
 quitante confessionis merito.
 cum corruptili ad huc esset
 in corpore. Et necdum ipse
 ascendisset in caelum. regnū
 illi caeleste. et claudere et
 aperire permissum est. Quid
 eius sublimius fide. qui gradi-
 ente dno super aquas. huma-
 nae conditionis oblitus. uiam
 sibi in fluctibus dari. et popo-
 scit et meruit. Tantaq. men-
 tis eius confidentia fuit. ut
 crederet se posse per fidem.
 quod sciebat homini impossi-
 bile per naturam. Nam

quia postea mergebatur. ut
 mihi uideatur necessarium
 fuit. nec tanti sublimitate mi-
 raculi. in perniciem forte sui.
 aequata xpo carnis fragilitas
 superbiret. Fuerat certe in-
 firmatatis corporeae. quod
 paulo post timuit. Quis ta-
 men ambigat. inimitabilis
 fuisse fidei. quod cum descen-
 dentem de nauu. tremula et
 inconcessa humanis gressib.
 maris unda sustinuit. Sed
 iam ueniamus ad beatissimū
 paulum. cuius tanta est ni-
 hilominus fidei plenitudo.
 ut peculiarem quodāmodo
 eum sibi ducem. ad illuminan-
 da gentium corda. cunctorū
 praescius saluator eligeret.
 Erat enim tam praecipuus in-
 doctrina animi uirtute tam
 potens. Innocentia et integri-
 tate tam scs. ut uno eodemq.

tempore hinc eum sacerdo-
tes ac principes iudaeorum
per aemulationem legis an-
tiquae data in xpianos per-
sequendi auctoritate diri-
gerent. Hinc illum ad ec-
clesiae solatium atq. omni-
um credentium firmamen-
tum xpc uocaret ex caelo.
Cuius ob hoc sunt ad dno cae-
cati oculi ut suscepta gra-
ueritatis caelesti acie et lu-
mine clariore fulgerent.
pariterq. aduerteret xpia-
ni nominis princeps futurus
xpm quem persequeretur
caecandi illuminandiq. ha-
bere uirtutem. Ut autem
praeteream caetera quae eu-
niuerso orbi mirabilem
faciunt. unum illud quod
ad omnes eius sufficit lau-
des quis ualeat aestimare
quantae sit gloriae. quod

cum inter homines ageret
speciali quadam diuinitatis
gratia. et paradysus illi pe-
netrabilis et caelum peruium
fuit. Quid ergo fratres hoc
doctore perfectius. qui in cae-
lo didicit quod doceret inter-
ris. Quid hoc teste ueracius
cui eleuato super caelos. ocu-
lis uidere et approbare con-
cessum est. quod postmodum
promitteret credituris.

haec sunt igitur apostolorum
petri et pauli stupenda me-
rita. per haec incedentes mi-
racula apostolatium suum
dno ac dono effusione de-
uoti sanguinis consecrarunt.

**ITEM DE EADEM DIE
LEC. SCI. EU. SEC. MATH.**

In illo tempore. Venit ihc in par-
tes caesareae philippi. et inter-
rogabat discipulos suos dicens.
Quae dicunt homines esse filium